UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

53. De sabbatho sancto

urn:nbn:de:hbz:466:1-63426

Visual Library

De ſabbatho ſancto. CAP. LIII.

IN ſabbatho ſancto Zozimus papa cereum magnum benedici conſtituit, qui & ante benedictionem illuminãdus eſt, & in octauis Paſchæ populo diſtribuẽdus ad ſuffumigandum rebus eorum, quem diaconus accepta benedictione ab aliquo ſacerdote debet benedicere. Duodecim lectiones iuxta Romanum ordinem legendæ ſunt abſque titulis ante baptiſmũ. Poſt baptiſmum presbyteri demum poſſunt miſſam ſi neceſſe fuerit, priuatim celebrare, quia iam renati ſunt, de quibus ſpecialiter in miſſa agere debemus, nec poſtea à lectionibus quas iam audiuimus, ſed à lætania incipere ſolemus.

Cereus Paſchais olim populo diſtributus.

Miſſa priuata.

De Paſchali obſeruatione.

CAP. LIIII.

IVXTA Romanam auctoritatẽ Agnus in Paſcha benedicitur, non ad altare, ſed ad communem mẽſam. Credo in vnum, & alia huiuſmodi quotidie vſque in octauá dicimus vt in die ſancto. Verſum Gradualis Benedictus qui venturus, in quinta feria. Lapidem, in ſexta feria congruè dicimus. In qua Dominus à Iudæis reprobatus

ic etiã Ruperus de diu. ofic. lib. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN